



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

14. De satisfactione, tertia parte pœnitentiæ & quotuplex ea sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

## §. XIV.

De Satisfactione, tertia parte Pœnitentiaæ, & quotuplex ea sit.

1. Cur necessaria sit pœnitenti Satisfactione
2. 3. Satisfactione in genere & in specie quæ sit.
4. 5. Specialiter accepta, alia est voluntaria, alia Sacramentalia.

**Q**uamvis subinde possit tanta esse contritio, ut simul cum culpa remittatur tota pœna sicuti per Baptismum & Martyrium uti constat in latrone pendente de cruce, in Maria Magdalena, S. Paulo, & alijs.

1. Quia tamen non semper per Sacramentum Pœnitentiaæ, dimissa culpa, tota pœna remittitur, sed æterna in temporalem mutatur, ut definit Concil. Trid. sess 6 cap 14. & can. 3. & sess 14. cap. 8. & can. 12. paterque ex varijs tum Canonibus tum Scripturæ sacrae testimonij, ea ratione, quod cum peccatum non solum sit contra Dei amicitudinem, sed etiam contra justitiam, sit, ut pœnitente in amicitiam & gratiam divinam recepto, maneat debitum iuendæ pœna temporalis, loco perpetua & infinita, cuius Deus per Sacramentalem absolutionem obliviscitur; ideo ad satisfactionem justitiae necessaria est pœnitenti post confessionem Satisfactione, pro pœna illa temporali in quam virtute absolutionis infinitam & perpetuam mutatur.

2. Est autem Satisfactione in genere nihil aliud, quam compensatio quedam, qua is, qui alterum laesit, tantum facit, quantum alter pro injurya sibi illata justè requirit, arg. l. 1. D. Qui satisf. cog. & similibus. Arque ita latius patet restituzione, quam sub se comprehendit, tanquam genus, ut innuit Glos. in e. Peccati viae De R. l. 116. Nayar. in can. Satisfactione De penit. Dist. 3. Nam restitutio est repositio rei in pristinum statum, l. Restituere D. De verb. significat. can. Si quem h. fin. 2. q. 3. seu redditio rei ablatæ; sive jure, sive injurya ablata sit; vel damni illiciti compensatio, toto tñ, Decretal, De restitut. spoliat. Arque ita restitutio respicit rem, dum præstat æquivalens, vel rem ipsam exhibet: & haber locum, ubi damnum est datum, vel res alterius ablata. Et proinde est status externus justitiae commutativa, cuius est constitutæ æqualitatem iuxta datum & accep-

tum, inter damnum & compensationem. At vero Satisfactione respicit personam, dum præstat id, quod alteri satis est, etiam si non sit æquivalens debito: & habet locum etiam pro injurya illata & honore violato, etiam si nullum damnum datum sit. Sic enim Deo satisfacimus, cui tamen damnum non inferimus, nee quicquam restituere possumus, cum omnia sint Dei perfectissime. Denique Satisfactione sit etiam pro damno irreparabili, restitutio pro reparabili tantum.

3. Satisfactione vero, specialiter pro tertia parte Pœnitentiaæ accepta, est compensatione Deo facta pro injurya ei illata per peccatum, cum Proposito de cætero non offendendi, & spe venie.

Nec obstat huic definitioni can. Satisfactione 3. De penit. Dist. 3 ubi Aug. definit, Satisfactionem Pœnitentiaæ esse peccatorum causas excidere, nee eorum suggestionibus aditum indulgere: quia dicendum, definitionem illam non esse completam quoad expressionem, sed solum tacitè & implicite; nam cum Satisfactione duo respicit, nempe redditionem vel placationem debiti, & insuper abstinentiam à pœno debito vel nova offensa, dicta definitio August. secundum tantum exprimit, ac primum continentem, plicite dumtaxat.

4. Est vero duplex Satisfactione, alia voluntaria alia Sacramentalis. Voluntaria est, quam quis sponte suscipit; cuius innumeræ sunt exempla in sacra Scriptura, veluti Job. ult. & Davidis in can. Totam cum seq. & can. Illud De penit. Dist. 3 Achab. inq. è contra sub can. Si post ordinationem Dist. 50. & §. Achab queque sub can. Volueris, &c. in can. Sicut Achab De penit. Dist. 3, quæ, scilicet & alia innumeræ evidentissime ostendunt soliditatem Lutheri ac Melanchthonis, assertentium, pœnas suscepimus sponte esse hypocriticas, & cum Dei præcepto pugnare.

5. Sacramentalis est, quam Sacerdos per protestat clavum sibi traditum non solum ad solvendum sed etiam ad ligandum, (ut confit ex illo Matth. 16. Quodcumque ligaveris &c. in can. Ita Dominus Dist. 10. can. In novo testamento, can. Quamvis Dist. 20. & illo Matth 18. Quacumque alligaveris &c.) pœnitentia iungit. Et hæc longè præstantior priori est; cum quia ex obedientia suscipitur; cum quia effectum, efficacia ac fructu suum trahit à Sacramen-

to, quod ex opere operato operatur: illa verò à virtute pœnitentia tantum. Ethinc sit, quod hinc impleta etiam in peccato mortali revivescat, & suum effectum fortioratur remota fictione, seu accedente gratia, & recuperata charitate: non autem illa. Vide Navar. in can. 1. n. 48. *De pœnit.* Diff. 6. ubi rationem reddit.

## §. XV.

Per quænam opera satisfiat, & de modo in satisfactione servando.

1. Satisfacit pœnitens per bona opera, etiam non pœnalis.
2. Item per bona opera alias debita.
3. De modo servando in pœnitentia imponeenda.

1. **S**atisfacit verò pœnitens per bona opera, non modò pœnalia, sed etiam non pœnalia. Nam & dirissimus ac liberalissimus potest satisfacere per elemosinam, & temperatissimus per jejuniū; quorum tamē neuter ex talibus sient pœnam aut tristitiam, licet quo magis penalia sunt, eo magis sint satisfactoria.

2. Rursus non tantum per opera bona alias non debita, sed & per alias debita, satisfacere quis potest; Navar. in can. 1. *De pœnit.* Diff. 6. n. 40. & in *Manuali* c. 26 n. 23. Nec mirum, posse quem unico actu satisfacere duplice obligationi aut pluribus, cum unico jejunio satisfaciat quis vigilia & quatuor temporibus: unico sacro diei festo ac Dōminico: unica recitatione officii beneficio & ordini sacro; & sic de similibus.

3. Quis autem modus in Satisfactione seu Pœnitentia imponenda sit servandus, docet Conc. Trid. Sess. 14. c. 8. Cum enim Sacerdos simul sit constitutus Iudex & medicus, eique dat sint claves ad solvendum & ligandum, curare debet, ut secundum mensuram delicti si plagarum modus, *Deut.* 25. Ideoque diligenter perpendat necesse est quantitatem & qualitatem, aliasque circumstantias delicti, cap. 3. Eccl. *Deus* 8. b. sit. contritionem atque atatem pœnitentis, can. *De his, cum aliquot seqq* xxvi. q. 7. cap. 2. sup. *De delictu puerorum*, & *similium*. Item scientiam, velut an amens vel furiosus deliquerit, can. *Judicat.* 3. q. 9. can. *Si quis insaniens* xv. q. 1. au putaverit se delinquere, an non, l. fin. *D. De riuinupt.* In supersexum, can. *indignans* xxii.

9. 6. ac conditionem, can. *Qui compulsius* xxii. q. 5 can. aut *falsa De pœnit.* Diff. 1. Præterea obser-vate debet modum, tempus, locum, delinquendi voluntarem, propositum, eventum, ceteraque, quæ, ut delicta, ita & pœnas delinquentium variant, *juxta l.* Aut *falsa D. De pœnit.* nam, etiam his omnibus spectatis, lex civilis pœnas arbitra-tur, d. l. Aut *falsa*: ut de his fuisus Tholosan. *Syn-tog. Iuris universi*: 30 à c. 2. usque ad 11. Navar. in can. *Mensuram de pœnit.* Diff. 1.

## §. XVI.

An pœnitens teneatur acceptare & adim-plere pœnitentiam sibi imposi-tam.

1. Teneri acceptare & adimplere probatur.

1. **T**eneri pœnitentem semper acceptare & adimplere pœnitentiam rationabilem sibi impositam, nisi legitimè commutetur, probatur ex c. *Omnium utriusque* 12 b. t. *Glos.* in can. *Contra-rrium De pœnit.* Diff. 5. Ratio peti potest ex Cone. Trid. d. Sess. 14. c. 8. & can. 13. cum enim ibi dicatur, *Sacerdoti datas esse claves*, non solum ad solvendum, sed etiam ad ligandum, haud dubiè poterit eis debitè utendo obligare pœnitentem ad rationabilem pœnitentiam, pro peccato mortali impositam. Censetur autem rationabilis, quæ cujusecumque statui & fragilitati con-gruit, etiamsi non sit condigna.

Si tamen quis vellit omnino reservare pœ-nam, in purgatorio persolvendam, suo judicio relinquendus erit, Navar. in can. *Consideret s. po-nas se De pœnit.* Diff. 5. & can. *Sacerdos eod. tit.* Diff. 6. ubi restatur hanc esse communem DD. sententiam in c. *Significavit* 3. b. t.

## §. XVII.

An unus pro alio tam vivo quam mortuo satisfacere possit.

1. *De fide est justum pro alio justo satisfacere posse.*
2. *Sacramentalis satisfactio per alium adimpleri nequit.*

1. **D**e fide est, posse unum justum pro aliо justo satisfacere. Colligitur ex Symbolo Fidei, in quo confitemur communionem Sanctorum, id est, secundum omnium Catholicorum.

Uuu 2

tum

— 49 —